



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Commodatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

tamen est illicitum, quando non est lex prohibens, & est consuetudo permittens, nec populus conqueritur, nec apparet notabile damnum. cap. 17. num. 126.

Peccat qui in suo columbario certa se- B  
mina spargit ut columbas ab aliis colum-  
bariis pertrahat ad suum: & tenetur restituere, si principaliter intendat alteras attrahere. Secus, si intendat suas pascere, ne alio euolent, aut reuocentur. cap. 17. num. 127.

## COMMODATVM.

**Q**ui commodans reperit commodatum A  
ante tempus constitutum à commo-  
datario, contra eius voluntatem, &, cum  
damno notabili eiusdem, peccat, & tenetur  
restituere. Secus, si res commodata fuit  
quousque commodanti placeret. c. 17. n. 82.

Commodatarius, qui non reddit commo- C  
datum tempore præfinito, vel reddit dete-  
rius sua culpa etiam lenissima, peccat. n. 183.  
Idem, si vitetur commodato in alium usum  
quam concessum fuit, vel diutius, cum da-  
mno notabili commodatis; & tenetur resti-  
tuere quamvis res deterior fieret casu for-  
tuito. Non tamen peccat, si probabiliter cre-  
dit commodantem contentum fore. Ibid.

H s imò

112 C O M M O D A T V M.

imò in aliquo casu non tenetur restituere,  
vt statim dicemus.

C Commodatarius non tenetur de damno,  
si absque eius culpa commodatum periit,  
vel deterius factum fuit, solo vnu ad quem  
concessum est; nec tenetur restituere, saltem  
in foro conscientiae, si periit, vel deterius fa-  
ctum est alio vnu, quando certum est eodem  
modo peritum, aut deterius factum iri,  
si tempore competeti restitueretur. Ibidem.

D Peccat cōmodatarius, qui rem sibi com-  
modatam commodat alteri cum damno  
notabili Domini. num. 184.

Qui commodatum sui gratia recepit tan-  
tum, vt regulariter accipi solet, si perit sua  
culpa, etiam leuissima, tenetur restituere. Si  
vero accipiat propter utilitatem commo-  
dantis, tenetur solum de dolo, & lata culpa.  
Quod si in utilitatem vtriusque, tenetur de  
lata culpa & leui, non de leuissima. Neque  
ad hoc requiritur culpa mortalís, quoniam  
hæc obligatio, non tam oritur ex peccato,  
quam ex natura contractus. ibi.

F Qui misit commodatum per nuncium  
non habitum pro fideli, cuius culpa vel do-  
lo periit, tenetur restituere: Secus, si misit  
per nuncium communiter habitum pro fi-  
deli.

Commodatum quomodo cunque pereat,  
Domi

## C O M M O D A T U M . 123

Domino perit , nisi interueniat dolus , pa-  
ctum, culpa, vel mora. num. 185.

Peccat qui commodatum non vult resti- G  
tuere nisi solutis prius impensis , quas ipse  
facere tenetur , nempe victus , & curationes  
exigui pretij: secus , si sint maximi , ut curatio  
ab aliquo morbo , vel inuestigatio. num. 186.

Commodatarius potest retinere com- H  
modatum , pro recompensatione debiti li-  
quidi. ibidem.

Licitum est aliquo pretio commodare  
pecuniam ad pignus , vel ad ostentationem  
diuitiarum. num. 226.

## C O M M U N I O .

D A R A T V S ad communionem , si recor-  
datur alicuius peccati mortalis , potest  
differre confessionem ad euitandum scanda-  
lum; tenetur tamen statim post communio-  
nem confiteri. cap. 2. num. 8. & in Nouo n. 9.  
vide plura, tit. Eucharistia.

## C O M P L I C E S .

N O N sunt detegendi in confessione. c. 7.  
n. 2. Licet taceatur circumstantia alijs  
necessarij confitenda : Secus autem , quando  
est probabile , detectionem talis circumstan-  
tiae